



Joßzeit Carmina.

Vol. I

~~Blch. 490-491.~~

A. IV. 74 Quart.

Carmina in nuptiis
&
Carmina in nuptiis



37. c.
69
JOHANNIS

FF



Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side of the page.



NUPTIALE
 JOHANNIS GEORGII BOHSII,
 Sen. Syndici:
Ad filium
 FRIDERICUM CHRISTIANUM
 BOHSIUM, Scribam.



Interqves *Anser* variæ præconia laudis
 Nactus, Carmen amat suppeditare breve.
 Erigat & jactet cristas clamore sonoro
Gallus, cum vigilans arma parare jubet,
 Pluraq; seu Castris, seu priscais commoda sacris
 Præstiterit, iusto pergat honore frui.

Inter aves, *Philomela* tuo suavissima cantui
 Quæ posset modulis æquivalere tuis?
 Et quis tam dignis ingratus honoribus obstet?
 Hortis quando canis rureq; dulce melos.
 Attamen Anseribus non ultima gloria nostris
 Debetur, quorum munera nosse juvat.
 Non ova, aut pullos, non carnes laude feremus,
 Quod multis vile est, hoc mihi majus erit.
 Penna mihi, mihi Penna placet, namq; usibus Orbem
 Implet, & officium præstat ubiq; suum.
 Non tamen hæc potior, quæ nutat vertice, sed quæ,
 Dum teritur digitis, scripta decora ferit.
 Hæc tot myriades hominum benè nutrit & auget,
 Omne parat volucrum quadrupedumq; genus.
 Hæc dapibus mensas, & corpora vestibus ornat,
 Hanc favor, hanc & honor, præmia grata, manent.
 Commendata igitur tibi sit scriptoria penna,
 Urbi quâ medius Civis inesse potes.
 Altior Aularum Calamus totum regit Orbem:
 Hocq; emblemata olim Cæsaris aula dedit:
 Ensis pictus erat, juxta & calamus, sed uterq;
 Orbem trans medium fixus ira esse monens,
 Gladius & Calamus: plus hic, quàm profuit iste:
 Sic Reges scriptis integra regna regunt.
 Hæcce relinqvamus Magnatibus. Infima nostra
 Sors etiam pennâ statq; volatq; suâ.
 Sit Pietas, studium, scribendi industria constans;
 Anseris hoc vigilans Cura monere potest.
 Hæc Capitolinam Romæ fervaverat arcem,
 Hæcce domum servet, Nate adamate tuam.
 Anseris haud plumæ teneant, scriptoria penna
 Te ciet. Est actio tuta labore quies.
 Sic hanc transigimus vitam. Cœlestibus alis
 Ad Superum donec templa volare datur.

Hala Sax. 17. Junii
Anno 1662.

Literis Salfeldianis.



NOTTALL
JOHANNES O. O. O. O.
FRIDERICUM CHRISTI
BOHMIUM, Scriba

[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. A rectangular stamp or seal is visible in the upper right quadrant of this section.]



llr,
59.

llr,
70.

72.
71
C

llr.
72

>





NUPTIALE
JOHANNIS GEORGII BOHSII,
Sen. Syndici:
Ad filium
FRIDERICUM CHRISTIANUM
BOHSIUM, Scribam.



ve.

t,
facris

us,
t.
s Orbem

d quæ,

get,
nus.

at,
, manent.

